



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ardores eiusdem in studio pœnitentia. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Cap. V.



SACRA igitur vigilia, quemadmodum
 dicebamus, exacta, quod celeberrimum
 hominum, famamque sanctitatis tra-
 ret Ignatius nondum cessante, pro-
 cepto monachis iumento, pedesque ad-
 uoluto etiam tum saleis alimur et
 claudicans, per summam laborem a
 Monteferrato discessit, & è via militari paulo post de-
 flexit ad oppidum Barcinonensis agri Minorum (nam hi-
 die Manresam vulgus appellat) nouè fere millibus pas-
 suum à Monteferrato: ubi antequam longinqua & per-
 culosa peregrinationi Hierosolymitanam se commo-
 teret, sauiente praesertim Barcinone per id tempus peni-
 tentia, deuio & obseuro loco aliquandiu detineret, &
 humilitatis Christianae, quae ceterarum est parens ca-
 strosque virtutum, solida iacere fundamenta decreuerat.
 Interea mendicus ille, quem Ignatius profectus veni-
 mentis induerat, cum ex insolito ornatu in fermis-
 sionem venisset, illico à loci magistratibus compul-
 ditur, & diuinam humanamque frustra implentis hinc
 in vincla conijcitur. Cumque inter questionem ea
 à viro quodam nobili clam donata iururando
 maret, notasque corporis, ignarus nominis, egeret
 quiritur extemplo diligenter Ignatius. cum notum
 pareret, mittitur ad eum inlequendum festinus
 qui aegre procedentem facile consequutus, quatuor
 num cui quidpiam in Monteferrato donauerat. Ad eum
 vocem, id quod erat, suspicatus Ignatius, subdole
 aetrisque innocentis periculo, pauperi euidam redire
 ra se se pridie largitum esse confessus est: cumque
 tor porro instaret, quis tu, aut cuius / nullum
 ad ea verbum Ignatius reddidit. sed itimere capio per-
 xit tacitus, casum insontis apud se miserans, se detere
 ipsum incusans, qui ne benefacere quidem hinc ipsius

ni benefaceret damno, vel certe discrimine, didicisset.
 Virgitur Minorellam accessit, oppidum ingressus quo
 dicebamus amictu, ad publicum infimæ plebis hospiti-
 um precario sese contulit; ibique sanctæ paupertatis ac
 penitentia studio inter egentes ac sordidos quam ex-
 quemur vitam exorsus est. Victum ostiatim precibus in-
 fimis emendicare quotidie: totam hebdomadam, ex-
 cepto die Dominico, ieiunare; in ipso cibatu simplici
 pane contentus, atque vbi sitis urgeret, aqua profluente
 somni parcissimus humo nuda cubare, auctoque suppli-
 cio, singulis diebus ter sese flagellis quam acerrimè cæ-
 dere. Ad hæc, horas quotidie septenas genibus nixus
 in oratione vocali persistere; nam eius quæ mentalis
 dicitur, vsus & consuetudinem adhuc ignorabat. Præ-
 terea sacrificio matutino; Vesperarum & Completorii
 officijs attentissima cura semper intererat obibat etiam
 octavo quoque die sacra Confessionis & Eucharistia
 mysteria. Et quoniam superioribus annis (vt diximus)
 & humanæ laudis famæque appetentior, & munditia-
 rum ornatusque fuerat studiosior: vt vitium vtriusque
 diligentia pari neglectu rependeret, natalium suorum
 generisque splendorem, ne quis illi honos haberetur,
 studiosè celare; & capillum quem pro eius sæculi mo-
 re promissum impensus comere curareque consueue-
 rat, relinquere cepit impexum & squalidum: quin et-
 iam ungues ipsos exerefcere per diuturnam incuriam
 pati: atque in hoc tam aspero, tamque horrido vitæ in-
 timo, constanter id omne refugere, quod vllam posset
 vitæ carni delectationem aut leuamen afferre. Itaque
 cum esset decoro vultu, & egregia totius corporis fir-
 mitate; detractis paulatim viribus, omnis ille vi-
 gor acerrimi bellatoris, & forma viridis iu-
 uentæ profus elanguit.